Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs IIII. Scena II.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Id faciebat retinendi illius cauſa: quia illa quæ cupiebat
De ſorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat. (Trocha. catalect.
Inuitat triſtis, mãſit ibi, illa cũ illo ſermone occipit
Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum:
Voluit facere contra huic ægrè, heus, inquit, * puer Pamphilam
Accerſe, vt delectet hic nos, illa exclamat, minimè gentium, (um.
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgi-
Interea aurum ſibi clàm mulier demit, dat mihi vt auferam.
Hoc eſt ſigni, vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet, ſcio.

Niſi legas puere non conſtat verſus iã heus tetram. Sed prima ſyllaba. accerſe pertinet ad verſum præcedentem.

ACTVS IIII. SCENA II.

Senarij.

PHÆDRIA

DVM rus eo, egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiæ,
Aliam rem ex alia cogitare & ea omnia in
Peiorẽ partem: quid opud eſt verbis? dum hæc puto,
Præterij imprudens villam longè iam abieram,
Cum ſenſi: redeo rurſum, malè verò me habens.
Vbi ad ipſum veni diuorticulum, conſtiti?
Occepi mecum cogitare: hem, biduum hic

Manem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

Manendum eſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil eſt? quid nihil? ſi non tangendi copia eſt,
Eho, ne videndi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit: certè extrema linea
Amare, haud nihil eſt. villam prætereo ſciens.
Sed quid hoc eſt, quòd timida ſubitò egreditur Pythias.

ACTVS IIII. SCENA III.

PYTHIAS, DORIAS, PHÆDRIA,

Iambici tetrametri catalectici.

VBi ego illum ſceleroſum miſera atq; impium inueniam? aut vbi quæram?
Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum? Ph. perij, hoc quid ſit vereor. (Troch. cata.
Py. Quin etiam inſuper, ſcelus, poſtquam ludiſicatus eſt virginem, (Octona. acata.
Veſtem omnem miſeræ diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit.
Ph. Hem. Py. qui nunc ſi detur mihi,
Vt ego vnguib. facilè illi in oculos inuolē venefico?
Ph. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi
Adibo. quid iſtuc? quid feſtinas? aut quem quæris Pythia?
Py. Hem Phædria, egon' quem quæram? abi hinc, quo dignus es cum tuis

Epitaſis vtriusq; partis in fabula, ſuntq; tantū narrationes facti.

Dimeter.

Trochailus catalect.

Iamb. tetr.

Iamb. trim